I.

Kaiser Friedrich's II. Bestätigung des Kaufes von Virnsberg für Burggraf Conrad I. von Nürnberg.

September 1235.

Fridericus dei gratia Romanorum Imperator semper Augustus, Jerosolime et Sycilie Rex. Per presens scriptum notum facimus uniuersis, quod *Cunradus burgrauius de Nurenberc*, dilectus fidelis noster, in nostra presentia constitutus, nostre celsitudini supplicauit: quod cum ipse emisset a Gotfrido de Hohenloch, fidele nostro, castrum *virnesperc*,*) quod idem Gotfridus pro reconpensatione dampni a Ludewico de virnesperc sibi illati, eodem Ludewico concedente, de nostra licentia fuerat assecutus, nos uendicionem ipsam ratam habere et dictum castrum, cum omnibus iusticiis et rationibus suis, Sibi et heredibus suis confirmare de nostra gratia dignaremur. Nos igitur suis supplicationibus fauorabiliter inclinati, attendentes etiam grata satis et accepta seruicia, que idem burgrauius nobis et Imperio deuote exhibuit hactenus, et que de bono in melius poterit exhibere: de nostre liberalitatis gratia, qua benemeritos et fideles nostros semper consueuimus preuenire, predictam uendicionem ratam habemus, dictum castrum, cum omnibus iusticiis et pertinentiis suis, Sibi et heredibus suis perpetuo confirmantes. Ad huius itaque nostre confirmationis memoriam, presens scriptum fieri et sigillo maiestatis nostre iussimus communiri. Huius rei testes sunt: S. venerabilis Ratisponensis Episcopus, Imperialis aule cancellarius, Frater H. venerabilis magister domus teuthonicorum, Hermannus Marchio de Baden, *Comes Fridericus de Zolre;* Wolfradus de Crutheim, Frater Bertholdus de Tanrode, Cunradus de Smideluelt, Hermannus de Stolzenberc, Henricus de Steine, Fridericus de Kezelberc, Hermannus de Seheym et alii quam plures. Data apud *Hagenowe*, Anno dominice incarnationis millesimo Ducentesimo tricesimo quinto, mense Septembri, nonae Indictionis.

Original im Königl. Bairischen Reichsarchive.

*) *Virnsberg* im Königl. Bairischen Landgericht Anspach.

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

II.

October 1235.

Fridericus II. Romanorum Imperator Rudolfo Abbati Faucensi renovat possessionem provinciae Aschowe.

Testes: Dilecti principes, venerabiles E. Salzburgensis Archiepiscopus, S. Ratisponensis Episcopus, Imperialis aule Cancellarius, Sibotto Augustensis Episcopus, Frater Hermannus Magister Domus sancte Marie theutonicorum, Abbas Sancti Emmeranni; O. Dux Bawarie, H. Langrauius Turingie, Comes palatinus saxonie, H. Marchio de Baden, *C. Burcrauius de Nêremberc* et alii quam plures.

Datum apud *Augustam*, anno 1235, mense Octobris, Indictione nona.

Original im Königl. Bairischen Reichsarchive.

III.

December 1235.

Fridericus II. Romanorum imperator R. comiti Tholosano concedit jus in vasallos quosdam.

Testes: Treverensis archiepiscopus, Dux bawarie palatinus comes reni, Dux lotheringie, Dux brabancie, Dux de limburg, Marchio de baden, *Burgrauius de nueremberc*, A. de pictauia comes, et alii quam plures.

Actum et datum apud *Hagen*, anno 1235, mense Decembr.

Mone Anzeiger 1835 S. 133.

IV.

Im Jahre 1235.

Cunradus burggravius in Nürmberg fideli suo ministeriali in Nuzzeze et eius fratribus et sororibus concedit, ut bona sua in Schellenhart, quae hereditarie possidebant, manu sua dei genitrici Mariae et fratribus domus teutonicae in Nürmberg conferant.

Testes: Vlricus de Künigstein, Lewpoldus de Grindela, Cunradus Buticlarius in Nürmberg, Heinricus de Vendebach, Eberhardus de la . . ., Albertus de muselmarstorff, Heinricus Neze de gerhartshofen, Cunradus wigenoch, Vlricus durbrech, Wolframus hennagel, Bertholdus scuteloc, Burchardus de Rutmersberge.

Acta sunt hec Anno dominice incarnacionis MCCXXXV., Indictione VIII.

Aus dem Copialbuche des Deutschordens zu Nürnberg.

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf